



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

CCCCIII. Bischof Johann von Verden bestätigt die Frohnleichnamsbrüderschaft in der Katharinenkirche der Neustadt Salzwedel, verleiht ihr ein Siegel und ihren Wohlthätern einen Ablass, am 15. April ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

vnferem besten vormoghe ghedaen vnd vornogēt hebben, denne schullen vns edder vnfen nachkamen sodann viff marck penninge Jarliker renthen wedder vry vnd losz sin. Des to merer Bekantnisse hebben wy vnfer der olden Stad Ingefegel witliken ghehangen heten an dussen bress, na cristi vnfes heren gebord verteynhundert Jar dar na In deme fosz vnd solztigesten Jare, ame Aende Sancti Johannis baptiste.

Nach dem Originale des Salzweheler Archives XXXVIII, 92.

CCCCIII. Bischof Joham von Verden bestätigt die Frohnleichnambrüderschaft in der Katharinenkirche der Neustadt Salzwehel, verleiht ihr ein Siegel und ihren Wohlthätern einen Ablass, am 15. April 1467.

Johannes, dei et apostolice sedis gracia Episcopus Verdenfis, Vniuersis et singulis nobis in cristo dilectis Prouisoribus, Procuratoribus, magistris Gulde et confratribus fraternitatis pretiosi Corporis cristi tam Spiritualibus quam secularibus in ecclesia beate katherine virginis et martiris noui opidi Soltwedel nostre dyoecesis salutem in domino sempiternam. Cum alias vestre deuotionis affectum ac petitionem recepimus continentem, Qualiter ob eterne retributionis stipendium, fidei meritum et fidelium remedium animarum quandam fraternitatem cum certis bonis et possessionibus diucius habuistis institutam, quam a nobis pro maiori tuicione et conseruatione postulastis nostre Confirmationis priuilegio roborandam. Nos vero, attendentes quod iusta peticio et salutaris affectio circa caritatis opera fructari non debeat sine gracia exauditionis, Igitur diligenti consideratione pensantes, ac studiosa inquisitione et examinatione prehabita repperimus, dictam vestram fraternitatem in honorem omnipotentis dei, beate marie virginis totiusque curie celestis triumphantis ad fidelium animarum salutem deuote institutam, Eiusque sollempnitates, ritus, consuetudines et obseruancias cum diuinorum celebrationibus ac elemosinarum largitionibus pias, iustas esse et deuotas, Confratres vero et sorores laudabilis vite, honeste conuersationis et fame, adeo quod propter tantarum uirtutum prerogatiuam dicta fraternitas existit merito confirmanda. Quare ex iniuncto nobis officio pastoralis dictam vestram fraternitatem cum suis obseruanciis, sollempnitatibus et consuetudinibus quibuscunque, Saluo tamen jure dicte parrochialis ecclesie in Soltwedel, Cum omnibus suis bonis et possessionibus quibuscunque huius presentibus approbamus, ratificamus et in nomine domini irrefragiliter confirmamus etc. — Ceterum summe cupientes, ut quolibet cristi fideles ad pietatis opera modis conuenientibus deo placentibus possimus inducere et inuitare — eunctis et singulis — qui ad dictam fraternitatem Corporis Ihesu cristi in ecclesia beate katherine virginis Noui opidi Soltwedel — inceptam — auxiliis, Consiliis, verbo, opere et quouismodo manus porrexerint adiutrices Et qui dicte fraternitatis missę de Corpore cristi singulis quintis feriis in dicta ecclesia decantande cantores existerint, Eciam qui oracionis et deuotionis causa in eadem ecclesia dictam Missam audierint et pro Nobis nostrisque successoribus deum deuote exorauerint, Et qui ad serica ornamenta, calices, libros, Monstrancias aliaque necessaria reformanda, Necnon memorias perpetuas pro presbyteris predicte fraternitatis in memorata ecclesia ob salutem anime sue ac suorum in suo Testamento uel extra Testamentum aut alias quouomodo donauerint et fundauerint, quocienscunque

et quodcumque premissa uel premissorum aliquod fecerint uel ab aliis fieri procurauerint, de omnipotentis dei misericordia et beate Marie uirginis, sancteque Cecilie, necnon beatorum Petri et Pauli apostolorum auctoritate confisi, Quadraginta dies Indulgentiarum et unam karemam de iniunctis sibi penitentiis in domino misericorditer relaxamus. Eciam ut per celebrantem missam de Corpore cristi gloriosissimum sacramentum Eucharistie in piscide clausa cum sollempnitate, prout fieri consueuerit, portari possit et in altari stare missa durante permitti et missa finita deferri et in locum suum reponi possit et valeat concedimus facultatem per presentes. Et ut dicta fraternitas in cultu magis augeatur diuino pro nobis et Successoribus nostris damus et graciose impertimur eidem fraternitati Sigillum oblongum, in quo sculpta sit quedam monstrancia, in cuius medio quedam figura hostie apparet et in eius Circumferencia hec uerba: S. fraternitatis Corporis cristi Noue Ciuitatis soltwedel etc. Pariformiter damus — dicte ecclesie sacerdotibus Sigillum oblongum, in quo sculpta sit Imago sacerdotis stantis in Cimborio ad missam preparati cum calice in manu et in Circumferencia hec uerba: S. Sacerdotum Noui opidi Soltwedel etc. In cuius euidentis testimonium Sigillum nostrum maius presentibus est appensum. Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo, die uero Mercurii, decima quinta mensis aprilis.

Ad dicti domini Episcopi Verdenfis mandatum Johannes oldewaghen
Notarius subscripsit.

Nach dem Originale des Salzwo. Archives XIII, 21.

CCCCIV. Arnold Obbelen, Verdenscher Generalvicar, genehmigt nachträglich die Stiftung einer
Commende in der Katharinenkirche zu Salzwedel, am 3. Juni 1467.

Arnoldus Obbelen, Reuerendi in cristo patris et domini domini Johannis Episcopi verdenfis vicarius in Spiritualibus eiusque curie officialis generalis, Vniuersis et singulis presentia lecturis, uisuris et auditoris, Salutem in domino sempiternam. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut per sollicitudinem nostram diligentem ad effectum debitum deducatur. Dudum siquidem prouidus dominus Jacobus rambow, presbiter, in ecclesia beate katherine uirginis ac martiris noui opidi soltwedell verdenfis dyocesis commende infrascripte commendista, in nostra presentia constitutus nobis significare curauit, quod pie memorie dominus Johannes szeluelde, olim dum uixit eciam presbiter dyocesis antedicte, de suis bonis a deo sibi collatis ac industriosè acquisitis in sua vltima uoluntate commendam quandam in ecclesia beate katherine antedicta pro sue et suorum remedio animarum instaurauit ac per suos fidei commissarios ac testamentarios erigi et fundari uoluit et mandauit, prout hec eadem commenda per premissos suos testamentarios ad debitum effectum, consensu rectoris dicte parrochialis ecclesie tunc temporis in humanis agentis interueniente, est deducta et fundata. Vnde predictus dominus Jacobus, cupiens transitoria in eterna et eterna in celestia feliciter commutare, Timens predicta bona, quibus predicta commenda fuit dotata, ad usus posse redire prophanos, nobis humiliter supplicauit, quatenus eandem commendam in quantum in nobis esset et nostrum concerneret officium cum singulis suis dote, attinentijs, circumstantijs, articulis et conditionibus, lu-